



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Notitia Congregationum Et Tribunalium Curiae Romanæ

Plettenberg, Hunold

Hildesii, 1693

§. 8. De procuratore pauperu[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63032)

§. 8.

De Procuratore Pauperum.

1. Procuratores pauperum sunt duo, alter à Papa, alter ab Archifraternitate charitatis constitutus.
2. Quod sit horum Procuratorum Officium.
3. Interfunt Congregationi Visitationis Carceratorum. Nil à carceratis accipere possunt.

I.

Procuratores pauperum sunt duo, quorum alterum constituit Papa juxta morem magnorum Tribunalium tanquam Adjutorem Advocati pauperum in iis, quæ in Processibus ordinandis necessaria sunt. Alter constituitur ab Archifraternitate, quæ Charitatis dicitur, erecta in S. Hieronymi Ecclesia prope Palatium Farnesianum.

2. Illorum officium est causas pro defensione pauperum instruere, ideoque Procurator constitutus à Papa quotidie cum Substituto visitare debet carceres, & annotare nomina tam eorum, qui ad illos ducuntur, quam Judicum, quorum mandato incarcerantur; Annotare etiam causas detentionis, diem & horam, quâ in liberiori carcere ponuntur,

M m

tur,

tur, & quascunque res, quæ apud carceratos reperiuntur, omniaque ad Advocatum pauperum referre, quem semel in Hebdomada, & quoties ob carceratos necesse fuerit, accedere tenetur.

3. Uterque etiam Procurator pauperum locum habet in Congregatione visitationis Carceratorum. Nihil vero omnino accipere possunt à pauperibus, nec etiam ab aliis carceratis, etiamsi divites sint, sine speciali licentia Gubernatoris, aut saltem pauperum Advocati. *Pius IV. Const. 87. §. 19. Paulus I. Const. 71. §. 16.*

§. 9.

De Advocato Fiscali.

1. *Fiscus & Camera in Curia distinguuntur.*
2. *In ea habetur duplex Fiscus favorabilis & onerosus.*
3. *Camera habetur pro Fisco favorabili.*
4. *Advocatus est simul Camere & Fisci. Quando diu duret ejus officium.*
5. *Quibus Congregationibus interfit.*
6. *Committitur ei etiam officium Procuratoris fidei.*